

Q. F. F. S.

Sine Tab.

5168
1758
2008

PANDORA INSECTORUM,

CONSENT. EXPERIENT. FACULT. MEDICA
^{QUAM}
IN ILLUSTRI AD SALAM LYCÆO

Sub PRÆSIDIO

VIRI NOBILISSIMI atque EXPERIENTISSIMI

DN. Doct. CAROLI
LINNÆI,

EQVITIS AURATI DE STELLA POLARI,
ARCHIAT. REG. MED. ET BOTAN. PROFESS.
ACAD. UPS. HOLM. PETROPOL. BEROL. IMPERIAL.
LONDIN. MONSPEL. TOLOS. FLORENT. SOCH,
PUBLICO ERUDIT. EXAM. SUBJICIT

ERICUS OL. RYDBECK,
OSTRO-GOTHUS.

IN AUDITORIO GUSTAVIANO
DIE XV. JULII, ANNI MDCCLVIII.
H. A. M. S.

1758
U P S A L I A E

VIRO Admodum Reverendo atque Clarissimo,

D:NO O L A V O
R Y D B E C K ,


Ecclesiæ, quæ DEO in Östra Harg colligitur,
PASTORI Fidelissimo,

PARENTI INDULGENTISSIMO.

*In tesseram venerationis, qua Te,
PARENS CARISSIMÉ, semper
prosecutus sum, primitias basce labo-
rum Academicorum Tibi consecratas
volui, ad cineres permansurus*

PARENTIS INDULGENTISSIMI

Filius obedientissimus
ERICUS OL. RYDBECK.



D. D.

§. I.



ISTORIA NATURALIS (cujus id
potissimum est, res omnes, quas
Natura sua sponte profert, ita
nuncupare, enumerare atque de-
scribere, ut descriptionibus & no-
minibus ab aliis cognoscantur &
cognitarum existentiæ fines facilius
eruantur, in creatoris agnitio-
nem & laudem propriumque commodum) tantum secum
fert utilitatis, tam in publica, quam privata œconomia
Medicoque tantæ necessitatis, ut illa perditæ, dextram
quasi perdidit. Et licet hæc Scientia nullis, apud nos
hoc tempore, nisi conjuncta MEDICA, cultores suos or-
net honoribus, maximam tamen illis præbet amœnitatem,
tantumque delectamenti, ut non mercede, sed miraculo
colatur. Ut enim formositatis in amorem naturali du-
cimur impetu, & quo magis illam consideraverimus, eo
etjam magis delectat; ita quoque Naturam quo attentio-
ri inspiciamus oculo, eo etjam majoris illam invenimus
esse preti.

A

§. II.

§. II.

Relictis singulis, merito honoris loco, illam tamen scientiam reliquis palmam facile præripere existimavi, quæ, Theatrum hoc innumeris creatoris Sapientiæ, potentiae & bonitatis documentis plenum peragratibus, Conditoris summi monstrat thronum. Opera ejus, ubi attento animo intuiti fuerimus, ea semper majestatem extollere auctoris facile deprehendimus; an vero hæc magis maximo ex Elephante fortissimisque Leonibus pateat, quam ex Acero minimo vixque conspicuo, haud satis scio.

§. III.

Multitudo rerum creatarum nos sui in admirationem afficit, præ ceteris itaque minima illa, quæ INSECTA appellantur, animalcula & quorum species facileque individua vegetabilium apud nos superant numerum, meam in se verterunt attentionem. An vero nostra præ aliis Patriæ insectis abundet, cum eorum in illa plures detectæ sint species, quam ullo alio in tellure regno, & ibi pleraque adsint genera, paucissimis *) exceptis, non asserimus; nullib[us] tamen plures oculos suos in illa versisse ac apud nos, ubi Entomologia in formam disciplinæ redacta est & ubi Flora pari & Fauna veneratione coluntur, res nullius est dubit.

§. IV.

Quantum sub annis proxime præterlapsis accrevit, quantamque hæc sibi scientia gratiam attentiorum creatoris cultorum conciliavit, haud credi potest; nam ante annos circiter triginta, quisquis fere hominum tantam apud nostrates Insectorum habebat abominationem, ac Bufonum, ut vix nudis illa manibus tetigisse auderet; cum contra hoc tempore nemo magis Insectum tangere, ac formosissimum legere florem reformidet. Imo haud satis

^{*)} Scorpio.

satis longum ante tempus homines multi & quidem munctoris naris hisce amoenitatibus sese delectantibus proverbium saepe objiciebant: *cui bonos imprudens vero dictum & brutis convenientius, quibus natura nullam earum omnium, quae terra prodit, aliam utilitatem eruendi facultatem dedit, ac illam, quam ex ventris impletione & satietate sentiunt.* Quantum jam contradictionis involvit incognitæ rei indolem scire atque utilitatem, eo majorem etiam produnt ignorantiam, qui nil curiosos decere oculos, præter medicamenta esculentaque existimant. Tunc temporis homines creatorem nihil frustra fecisse non animadvertebant, neque videbant, exigua hæc contemptaque animalcula majorem in tellure mutationem efficere, quam Rhinocerotes Indiæ Elephantesque horridæ magnitudinis. Infecta enim avibus aliisque nutrimenti gratia solum non creata sunt, ut errat vulgus, verum præcipue ad vegetabilia ita exæquanda, ut unum alteri non erit impedimento; hæc enim sine illorum inspectione nunquam persisterent.

§. V.

INSECTA semper ab omnibus antiquis auctoribus Vermium combinata sunt ordini; quorum tamen tanta est differentia, quanta inter illa & Pisces; nam quibusdam licet horum natura osseum dedit corporis tegmentum, ut Pegaso, Syngnato, Centrisco & Ostracioni; vertebris tamen aliisque gaudent ossibus, quibus adhaerent musculi, quibusque penitus destituuntur Infecta, quæ, veluti loricis galeisque induita, musculos crustacea hac insertos habent cute; ita quoque à Vermibus proprio sensus organo (Antennis) distinguuntur, vermium Tentaculis penitus dissimili.

§. VI.

STRUCTURA.

Structura & facies Insectorum externa, ratione a-

fforum animalium, singularis est; tribus enim, præter artus, distinctis & incisura à se invicem separatis constant partibus, *Capite* nempe, *Trunco* & *Abdomine*, funiculo solummodo tenui connexis, unde etiam Insecta à veteribus dicta sunt.

§. VII.

CAPUT auribus, narī, cerebroque destitutum, *Oculis* instruitur nullis gaudentibus palpebris, sed eorum loco membrana teguntur pellucida, quæ conservarioni eorum inserviet. Præter oculos, alio quoque prædicta sunt sensus organo nobis inconceptibili atque admirabili, quod duobus constat **ANTENNIS** articulatis & flexilibus, ipso capiti infertis, quibus corporum sibi obviorum naturam explorant, an illis apta vel inepta sint; percipiendi vero modus nos penitus fugit, quoniam ejusmodi nos non habemus, adeoque nobis æque intellectu difficilis, ac auditum sine propriis percipere auribus. **Antennæ**, ratione figuræ, octupliciter considerantur: *Setaceæ* sunt, quæ extrorsum tenuiores; *Filiformes*, quibus eadem fere totius est crassities; *Moniliformes*, quæ ex pluribus compositæ sunt globulis faciemque præbent monilis; *Clavatae*, quæ extrorsum crassiores; *Capitatae* denique apicem globulo terminantes appellamus. *Fistiles* sunt vel longitudinaliter tales, ut in *Scarabæis*, ubi apice pluribus lamellis dividitur clava terminalis, vel verticillatim quando pluribus constat lamellis transversalibus, ut *Dermestibus*; *Pectinatae*, quorum unum latus pilis instruitur in formam pectinis; *Barbatae*, quæ pilis sine ordine fusis gaudent.

Os, plerisque sub capite & quibusdam in pectore, constat vel *Rstro*, ut *Circullionibus*, *Panorpis* aliisque, vel *Proboscide*, ut *Muscis*, & armatum *Maxillis* transversalibus, quarum plura saepe adsunt paria, *dentibus* & *lingua*, *palpis* quoque gaudet articulatis plerumque sex, qui-

quibus esculentorum explorant qualitatem; an vero his eodem modo, ac antennis sentiant, afferere non audeamus. Ore muta sunt; aliis strepitantibus tamen instrumentis sonant, ut Cicadæ, vel alis, ut Muscæ, Apes & alia.

§. VIII.

TRUNCI superior pars Thorax, inferior Pectus appellatur, cui nullæ, uti Mammaliis & Avibus &c. pulmones. Tergo seu margini posteriori Thoracis appendix (*Scutellum*) connectitur, cartilagini similis ensiformis, cuius conica figura inter alarum insertiones apicem extendit. Sub pectore Pedes plerisque sex, de quibus infra.

§. IX.

ABDOMEN, Spiraculis lateralibus (*Tracheis*) pertusum, inter pectus & posticos pedes situm non habent Infecta, ut alia animalia, verum thoraci facculi instar adhaeret, segmentisque transversalibus quasi imbricatum, contrahi expandique potest; ut non solum ad respirationem Trachearum promovendam, verum etiam motum intestinalem facilitandum inserviat.

§. X.

ARTUS.

PEDES, uti supra dictum est, pectore inserti, quinque plerumque constant partibus: *Femoribus*, *Tibias*, *Tarso articulato*, & *Digito elongato*, *Ungvibus* saepe munito. Forum tria sunt genera usu distincta: CURSORII, ut plerisque; SALTATORII, ut Grylli, Cicadis aliisque; NATATORII, ut Dytiscis. Quædam etiam Manus, vel CHELAS habent pollice mobili, ut Canceris &c.

ALÆ illis gaudentibus plerumque sunt quatuor Membranaceæ, nisi indurescant superiores (ELYTRA), ut Coleopteris, vel inferiores contractæ, in formiam redigant petioli capitati (HALTERES), ut Dipteris

CAU-

CAUDA abdomen terminans est vel *Solitaria*, s.
Bicornis, *Simplex* s. *Armata Forcipe*, ut *Forficula*; *Furca*, ut *Poduris*; *Seta*, *Raphidiis*; *Chela*, *Scorpione*,
 seu *Aculeo simplici pungorio*, ut *Apibus*; *Composito*, *Lævi* vel *Serrato*

§. XI.

METAMORPHOSIS.

Singularis & nunquam satis admiranda triplex, quam plurima Insectorum subeunt, METAMORPHOSIS, tantum Entomologiæ addidit calamitatis, ut hac in Regni Naturæ provincia Entomologo non sufficiat denudatos solum, sed etiam personatos cognoscere cives; nam sub diversæ ætatis Insectorum statu nulla faciei perspicitur conformitas, imo negotii nulla; adeo ut, structura & occupationibus quando comparare velimus INSECTUM DENUDATUM, LARVAM & PUPAM, non possumus maxima sine admiratione, tantam in uno eodemque disconvenientiam videre. Quid enim mirabilius unquam observavimus, quam Papilionem, e. g. *urticæ*, alis suis quatuor, varis coloribus pictis splendidisque auras findentem, pedibus quatuor floribus insidentem, Linguaque spirali ex eorum Nectaris dulcissima fugentem mella, nuper fuisse Pupam, artibus & motu destitutam & intracutem duram crustaceamque jejunantem? quodque iterum hæc, paulo antea, Larva fuerit oblonga, molliuscula, spinosa, pedibusque sedecim curtis reptitans, quæ urentia urticæ folia voracibus lacerabat maxillis. Qui itaque Sapientiam Creatoris ex sapientibus ejus operibus inspicere, finesque rerum in œconomia naturæ magna vide-re desiderat, non potest non tota errare via, si magna hæc & mirabilia summi opificis non viderit artificia. Necessum itaque est experimentis hujus rei tollere obscuritatem, si Naturæ hæc observare velimus miracula, Insectumque ab ovo ad maturam ejus sequi ætatem; nulla enim

Ia enim nota inscripta & à priori regula nulla, Insectum denudatum, Larvam & Pupam unum idemque esse animal adhuc demonstravit.

§. XII.

L A R V A.

LARVA illam intelligimus faciem atque figuram, qua, statim post partum, seu ovo disrupto induitur Insectum. A primo hoc Insectorum statu, FAMI DICATO, initium faciendum, dum tres eorum aetates & transformationis genera paucis jam verbis percurrere animus sit; haud miraberis tamen, C. L. nullum ad hunc usque diem Methodum esse inventam, quo larvata hæc & parentibus penitus dissimilia dignoscantur animalecula; cum plurimam eorum partem ita sese occultare natura docuerit, ut vix unquam aperta luce appareant. Imo, haud maxima sine admiratione, nonnullas reperimus LARVAS sub radicibus latentes, ut *Tipulas*, alias aqua immersas, ut *Culices*, alias putrefacti arborum condunt trunci, ut nonnullas *Muscas*, alias terra operit, ut *Scarabæos*; Aliæ iterum arborum intra ramos sese occultant, ut quidam *Cerambyces*; aliæ semina intrant, ut *Curculiones*; quædam intra folia quiescunt, ut *Phalænas Tinææ*; quædam foliis involvuntur, ut *Phalænae Tortricess*; quædam intra alia Insecta habitant, ut *Ichneumones*; quædam intra Mammalia, ut *Oestri*; quædam propriis teguntur excrementis, ut *Cassidæ*; quædam quisquiliis circumdantur, ut *Pbryganææ*; quædam spuma velantur, ut *Cicadæ*; quædam sericam texunt vestem, ut *Phalænae Bombyces*. Verbo: tam multis & innumeris fere modis Larvæ curiosorum fugiunt manus, ut nulla Theoria, nullum ingenii acumen & inventa nulla satis adhuc sufficerint ad singulorum inveniendas latebras.

§. XIII.

§ XIII.
PUPA.

Secundus vitæ eorum status in DOLORE colloca-tur, cum corpus in PUPA lateat coarctatum, quo mul-tum, tam à Larvis, quam à denudatis differunt. Non negamus quidem multa, præsertim aptera structuræ mi-nimam subire transformationem, verum plerumque sta-tim ex ovo perfecta evadere; nihil tamen minus Ara-neas senectam repetitis exuere vicibus, cutemque muta-re vidimus, ut, colore interdum mutato, vix agnosce-re illa valeamus. Pleraque hoc tempore artubus destitu-ta, vel humili jacent, l. tectis aliisque locis pendent, ut Muscæ & Lepidoptera, &c., quoniam plurimis nullum est os, perpetuo jejunant, exceptis Gryllis aliisque paucis, quibus pedibus frui, circumcurrere, edere & fortunam quovis modo experiri contigit.

§. XIV.

INSECTUM, DENUDATUM.

Tertiam VENERI confecrarunt ætatem, qvam in-ter amoris lusus consumunt; hoc enim tempus ad gene-ri propagationem natura dedit, multisque tam breve est, ut nec victimum, nec ora ad illum sumendum acce-pe-rint, ut *Oestrus* & quibusdam *Phalænij*; aliis iterum lon-gius temporis spatium fors dedit & dulces terræ fructus gustare conceffit; eam in primis ob cauſam, quod tar-diores ad ova sua ponenda sint, ideoque satis habeant temporis, idoneis illa deponere locis, ubi statim Larvis copia nutrimenti erit. Alia Insectorum OVIPARA, a-lia VIVIPARA, omnia tamen & singula in id conve-niunt, quod utroque gaudent sexu, nec HERMAPHRO-DITIS, vermium more, propagantur. Interdum etiam NEUTRA ad societatem nuptorum se applicant, ut *Fornicæ* & *Apes*,

§. XV.

§. XV.

Tam multiplicis figuræ sunt minima hæc contem-
taque nos inter habitantia animalcula, quæ sensim plura
sæpe quam majora efficiunt animalia; nec enim ullis ex-
cludi possunt sepibus, nec tumultu quodam abigi; Ma-
jora pavida nos fugiunt, nostrumque in illa dominum a-
gnoscunt, hæc vero nullum ejus habent respectum; po-
tentissimi enim Imperatoris nasum infidere coronamque
regiam maculis adspargere non verentur. In celebribus
conviviis petulantes se insinuant & nectarea pocula dapes-
que prægustant. Imo nihil intactum relinquunt, verum
quidquid ad victimum illis necessarium, ubi reperitur, ibi
rapitur, neque a formosissimis abstinent floribus. Prata
& pascua vastant: agros horreas & granaria spoliant: pe-
cudes avesque nostras aggrediuntur: vestimenta corro-
dunt: imo victimis nequidem intra claustra parcunt, ve-
rum in arculis & depositoriis nostris huc illuc cursitan-
tia convivantur. Æstate ad finem vergente, autumno-
que Floram suo frigore repellente, id sibi à natura mu-
nus datum esse putant, ut omnes mortuas deportent her-
bas, Floraque castra mundent, quo terra, gelu liberata
& vernali adfecta calore, novis iterum superbiat orna-
mentis. Tam parvi itaque non habenda, ratione enim
negotii, quod gerunt, magna sunt.

§. XVI.

CONSERVATIO.

Ad minima hæcce conservanda animalcula, quæ tam
multos tantosque habent inimicos, natura maximam im-
pendisse videtur curam. Volatilia cœli & undæ Pisces
semper his implacabiles se præbent hostes, nihil tamen
aliud efficere possunt, quam ut ad necessarium in œco-
nomia magna numerum redigantur. Sæva hiems cuncta
horum nive tegere, singulaque simul abigere videtur; vi-
tribus autem frigoris debilitatis soleque approximante revi-
vescunt,

vescunt, lētosque veris agunt nuntios plura. Bruta, feræ & nonnunquam etiam homines ipsi gelu vita privantur; hæ vero, quæ Natura proprio quasi sovet finu, tuta & intacta latent. Ut jam multis & innumeris fere modis ab impetu frigoris defendantur, quorum §. XII:a paucis mentionem fecimus, ita injurias reliquorum hostium & violentias fœcunditate sua vincunt maxima. Res enim est notatu dignissima, sapientiamque Creatoris quam maxime illustrans, quod illis temper majorem sese augendi facultatem natura dedit, qui allorum vastationibus & vi maxime opprimuntur. Infecta plus aliis huic incommodo subiecta, plus et jam reliquis animalibus genus suum propagandi virium habent, quod Muscæ quotidianis testantur exemplis, quarum quatuor tantummodo carnivoræ tantam Larvarum parvunt copiam, ut equi maximi cadaver consumere Leone citius possint.

§. XVII.

DOMICILIA.

Quemadmodum is, qui Botanologiæ, Horticulturæ & Oeconomiæ operam dat, observare debet quænam Insectorum seminaria ejus & agros infestant, ut provideat ne operam & impensam perdat; ita etiam Entomologo pernecessarium est, ut probe sciat in quibus herbis quævis Insectorum species commoretur, ne frustra illa quærat & investiget. Prodiit quidem, sub auspicio N. D. Präsidis, Hospita Insectorum Flora, auctore Exp. D. D. Forskål, qui hanc rem elegantissime persecutus est; quum vero, tunc temporis, nomina Insectorum Trivialia nondum introducta erant, nec Exp. D. auctor eo, quo nunc licet, modo omnia enumerare Infecta posset, speramus rem Tibi C. L. haud ingratam præstituros fore, si tam Infecta, quam loca ubi habitent extricemus, eoque ordine, quo occurrunt in Systemate Naturæ, in adspectum Tuum hic proferamus:

II. DIANDRIA.

Jasminum	
Sphinx <i>Atropos</i>	8
Phalæna <i>Syringana</i>	132
Ligustrum	
Sphinx <i>Ligustri</i>	7
Phalæna <i>Syringana</i>	132
Veronica	
Papilio <i>Cinxia</i>	137
Chrysomela <i>Beccabungæ</i>	
Curculio <i>Beccabungæ</i>	
Lycopus	
Cassida <i>Viridis</i>	1

III. TRIANDRIA.

Gramina	
Papilio <i>Mæra</i>	96
<i>Ægira</i>	98
<i>Galathea</i>	99
<i>Jurtina</i>	104
<i>Cinxia</i>	137
<i>Proteus</i>	163
Phalæna <i>Quercifolia</i>	8
<i>Potatoria</i>	11
<i>Graminis</i>	50
<i>Vulpinaria</i>	136
<i>Mesomella</i>	244
<i>Pratella</i>	245
<i>Culmella</i>	246

Chrysomela *Graminis* 4

Phalaris	
Coccus <i>Phalaridis</i>	15
Aira	
Chermes <i>Graminis</i>	1

Festuca

Phalæna *Festucæ* 94

Secale

Phalæna *Secalis* 126
Granella 159Chrysomela *Helxines* 39Curculio *Segetis* 37Frumentarius 11
Granarius 12Trips *Physapus* 1

Hordeum

Phalæna *Granella* 259Musca *Frit* 69

IV. TETRANDRIA.

Dipsacus

Phalæna *Rai*, 341, 360

Scabiosa

Papilio *Maturna* 136

Galium

Sphinx *Stellatarum* 26
Euphorbie 17

Plantago

Papilio *Cinxia* 137Phalæna *Plantaginis* 25

Alchimilla

Phalæna *Alchemillat*, 179*castrensis* 20

Potamogeton

Phalæna *Potamogeton*, 197

V. PENTANDRIA.

Cynoglossum

Phalæna *Dominula* 68

B 2 Pul-

Pulmonaria	Phalæna	purpurata	45
Chrysomela nemorum	Wauvaria	145	
Borago	Großulariata	167	
Phalæna Gamma	Aphis	Ribis	1
Primula	Vitis		
Phalæna Pronuba	Sphinx	Celerio	19
Convolvulus		Labruscæ	12
Sphinx Convolvuli		Vitis	14
Acarus Batatas		Elpenor	15
Campanula	Curcullo	Bacchus	37
Phalæna exsoleta	Coccus	Vitis	12
Lonicera	Nerium		
Sphinx Ligustri	Sphinx	Nerii	5
Phalæna Xylosteana			
nemorella	Chenopodium		
Xylostella	Phalæna	lubricipedæ	47
didactyla		exsoleta	104
Tenthredo Lonicere		Chenopodiata	171
Chrysomela trident.	Ulmus		
Verbasum	Papilio	Polychloros	113
Phalæna glyphica		C. album	115
Verbasci	Phalæna	Lubricipedæ	47
Curculio Scrophulariae		Pavonia	6
Hyoscyamus		Betularia	143
Chrysom. Hyoscyami	Tenthredo	Ulmi	36
Cimex Hyoscyami	Cicada	Ulmi	41
Musca Hyoscyami	Cimex	Ulmi	74
Rhamnus		striatus	70
Papilio Rhamni	Chermes	Ulmi	2
Argus	Aphis	Ulmi	2
Eonymus	Coccus	Ulmi	7
Phalæna Euonymella	Selinum		
Ribes	Papilio	Machaon	27
Papilio C. album		Hara-	

Heracleum

- Phalæna Heraclina* 225
Musca Heraclii 96

Ligusticum

- Curculio Ligustici* 56

Angelica

- Papilio Machaon* 27

Sium

- Curculio paraplectie.* 29

Phellandrium

- Curculio Paraplectie.* 29

- Chrysom. Phellandrii* 69

- Leptura aquatica* 1

Chærophillum

- Phalæna Heraclina* 225

Pastinaca

- Aphis Pastinaceæ* 3

Anethum

- Papilio Machaon* 27

Pimpinella

- Papilio Machaon* 27

Sambucus

- Sphex Ligustri* 7

- Phalæna Sambucaria* 29

- Aphis Sambuci* 4

- Meloë vesicatorius* 3

Alfine

- Phalæna Villica* 24

VI. HEXANDRIA.**Asparagus**

- Chrysomela Asparag.* 70

- 10-punctata* 22

- Musca Hortulana* 31

Liliunt

- Chrysom. merdigera* 62

Convallaria

- Chrysom. merdigera* 62

Berberis

- Phalæna Rosaria* 208

Hyacinthus

- Phalæna Plantaginis* 25

Rumex

- Phalæna Romicis* 112

- Atriplicis* 116

- fuliginosa* 70

- Tenthredo Romicis* 35

- Curculio Romicis* 16

- Aphis Romicis* 5

- Meloë Proscarabæus*

VII. HEPTANDRIA.**Æsculus**

- Phalæna Aceris* 98

VIII. OCTANDRIA.**Tropæolum**

- Papilio Rapæ*

- Phalæna fluetuata* 185

Epilobium

- Sphinx Porcellus* 16

- Elpenor* 15

Erica

- Papilio Maturna* 136

Polygonum

- Phalæna Lubricipeda* 47

- Chrysomela Polygoni* 15

- Helixines* 39

X. DECANDRIA.

Sophora		
Papilio	Clio	52
	Sophoræ	83

Cassia

Papilio	Sennæ	72
	Cassiæ	82

Anacardium

Papilio	Anacardii	56
---------	-----------	----

Ruta

Papilio	Machaon	27
---------	---------	----

Ledum

Phalæna	Ledianæ	224
---------	---------	-----

Arbutus

Phalæna	Arbutella	262
---------	-----------	-----

Coccus Uvæ urfi

Saxifraga

Papilio	Apollo	41
---------	--------	----

Scleranthus

Coccus	polonicus	13
--------	-----------	----

Sedum

Papilio	Apollo	41
---------	--------	----

Lychnis

Aphis	Cucubali	6
-------	----------	---

Cerastium

Chermes	Cerastii	3
---------	----------	---

XI. DODECANDRIA.

Euphorbia		
-----------	--	--

Spinx	Euphorbiæ	17
-------	-----------	----

Phalæna	castrensis	20
---------	------------	----

XII. ICOSANDRIA.

Cactus		
--------	--	--

Coccus	Cacti	17
--------	-------	----

Pridium

Papilio	Achilles	32
---------	----------	----

	Psidii	51
--	--------	----

Punica

Papilio	Nestor	30
---------	--------	----

Amygdalus

Phalæna	Grossulari.	167
---------	-------------	-----

Prunus

Papilio	Cratægi	57
---------	---------	----

	polychloros	113
--	-------------	-----

Pruni	147
-------	-----

Betule	146
--------	-----

Phalæna	quercifolia	8
---------	-------------	---

Quercus	13
---------	----

lanestris	15
-----------	----

Pruni	10
-------	----

cæruloceph.	36
-------------	----

antiquata	37
-----------	----

Neustria	19
----------	----

pavonia	6
---------	---

citrago	125
---------	-----

Oxyacantb.	113
------------	-----

Pruuaria	133
----------	-----

purpuraria	147
------------	-----

brumata	201
---------	-----

pyramidea	119
-----------	-----

Prunata	176
---------	-----

Padella	
---------	--

Lecheana	214
----------	-----

Tenthredo	Pruni	38
-----------	-------	----

	Cerasi	14
--	--------	----

Aphis	Padi	7
-------	------	---

Curculio	Cerasi	8
----------	--------	---

Scarabæus	Horticola	42
-----------	-----------	----

Mulca		
-------	--	--

Musca	<i>Cerasi</i>	95	<i>Elingvaria</i>	137
Crataegus			<i>Avellana</i>	210
Papilio	<i>Crataegi</i>	57	<i>Holmiana</i>	219
Phalæna	<i>Crataegi</i>	30	<i>Pomonella</i>	270
	<i>Cæruloceph.</i>	36	<i>Brumata</i>	291
	<i>Oxyacanth.</i>	113		
	<i>Luteolata</i>	168	Tenthredo	<i>Pyri</i>
Coccus	<i>Oxyacanth.</i>	116	Aphis	<i>Pyri</i>
Sorbus			Chermes	<i>Pyri</i>
Phalæna	<i>Cæruloceph.</i>	36	Cynips	<i>Pyri</i>
	<i>Padella</i>	240	Curculio	<i>Pyri</i>
	<i>Cuccullatell.</i>	258	Musca	<i>Pyraustri</i>
Coccinella	<i>Bipustulat.</i>	28		39
Pyrus malus			Spiræa	
Phalæna	<i>Populi</i>	32	Sphinx	<i>Ocellata</i>
	<i>Fascelina</i>	30		<i>Filipendulæ</i>
	<i>Psi</i>	96	Rosa	
Oporana		207	Phalæna	<i>Pavonia</i>
	<i>Holmiana</i>	219		<i>Libatrix</i>
Brumata		291		<i>Betularia</i>
	<i>Padella</i>	240		<i>Rosaria</i>
	<i>Pomonella</i>	270		<i>Cynosbatella</i>
	<i>Roesella</i>	297	Tenthredo	<i>Rosæ</i>
	<i>Monacha</i>	26		<i>Cincta</i>
Aphis	<i>Mali</i>			<i>Cynosbati</i>
	<i>Scarabæus Horticola</i>	42	Cynips	<i>Rosæ</i>
Communis			Ichneumon	<i>Bedegvar</i>
Papilio	<i>Polychloros</i>	113	Aphis	<i>Rosæ</i>
Phalæna	<i>Quircifolia</i>	8	Cicada	<i>Rosæ</i>
	<i>Pudibunda</i>	35	Rubus	
	<i>Cæruloceph.</i>	36	Papilio	<i>Rubi</i>
	<i>Lubricipedæ</i>	47	Phalæna	<i>Rubi</i>
	<i>Populi</i>	32		<i>Pavonia</i>
				<i>Fascelina</i>
				<i>Batis</i>
				Fraga-

Fragariæ	Aquilegia
Phalæna <i>Fæcelina</i>	Phalæna <i>Chi</i>
Potentilla	Ranunculus.
Coccus <i>polonicus</i>	<i>Chrysom. marginata</i>
XIII. POLYANDRIA.	Mentha
Chelidonium	Phalæna <i>Chrysitis</i>
Phalæna <i>Proletella</i>	Cassida <i>viridis</i>
Nymphæa	Galeopsis
Phalæna <i>Nymphæat.</i>	Phalæna <i>Chrysitis</i>
Aphis <i>aquatalis</i>	Wævvariai
Chrysom. <i>Nymphææ</i>	Glechoma
Leptura <i>aquatica</i>	Phalæna <i>Libatrix</i>
Tilia	Cynips <i>Glechomæ</i>
Sphinx <i>Tiliæ</i>	Thymus
Phalæna <i>Lanestris</i>	Phalæna <i>Papilionac.</i>
Dispar	Melista
Psi	Cassida <i>viridis</i>
Antiqua	Scrophularia
Camelina	Phalæna <i>Verbæsi</i>
Bucephala	Tenthred. <i>Scophular.</i>
Tiliaria	Curculio <i>Scrophular.</i>
Atomaria	XV. TETRADYNAMIA.
Cynips <i>Tiliæ</i>	Thlaſpi
Aphis <i>Tiliæ</i>	Papilio <i>Cardamines</i>
Coccus <i>Tiliæ</i>	Phalæna <i>Pronuba</i>
Acarus <i>telarius</i>	Cochlearia
Cistus	Papilio <i>Brassicæ</i>
Phalæna <i>Meticulosa</i>	Chrysom. <i>Armoracic.</i>
Stratiotes	Coecinella <i>punctata</i>
Phalæna <i>Statiotata</i>	Dentaria
Delphinium	Chrysom. <i>nemorum</i>
Phalæna <i>Delphinii</i>	Cardamine
Chi	Papilio <i>Cardamines</i>
	Cheiran-

XVII. DIADELPHIA.

Cheiranthus		Genista	
Phalæna <i>Meticulosa</i>	95	<i>Phalæna Pisii</i>	115
<i>Pronuba</i>	87	<i>Pisum</i>	
Erysimum		<i>Phalæna Pisii</i>	115
<i>Curculio Alliariæ</i>	5	<i>Exsoleta</i>	104
Brassica		<i>Dermest. Pisorum</i>	21
<i>Papilio Brassicæ</i>	158	<i>Curculio Chinensis</i>	79
<i>Rapæ</i>	59	Vicia	
<i>Napi</i>	60	<i>Aphis Craccae</i>	11
<i>Sinapis</i>	61	Trifolium	
<i>Phalæna Fuliginosa</i>	70	<i>Papilio Cinxia</i>	137
<i>Brafficæ</i>	111	<i>Phalæna Fascelina</i>	36
<i>Forficalis</i>	230	Lotus	
<i>Proletella</i>	261	<i>Thrips Physopus</i>	1
<i>Aphis Brassicæ</i>	10	Medicago	
<i>Chrys. Hyoschyami</i>	37	<i>Phalæna</i>	
Sinapis		Astragalus	
<i>Phalæna Fuliginosa</i>	70	<i>Phalæna</i>	
Raphanus		XVIII. POLYADELPHIA.	
<i>Musca Radicum</i>	59	Citrus	
XVI. MONADELPHIA.		<i>Papilio Anchises</i>	10
<i>Geranium</i>		<i>Leilus</i>	25
<i>Phalæna Castrensis</i>	20	<i>Phalæna Atlas</i>	1
<i>Malva</i>		<i>Hesperus</i>	2
<i>Papilio Malvæ</i>	167	<i>Coccus Hesperidum</i>	1
<i>Acarus Fn. 1196.</i>		XIX. GYNGENESIA.	
<i>Cimex Apterous</i>	55	Sonchus	
Gossypium		<i>Phalæna Chi</i>	97
<i>Papilio Cupido</i>	145	<i>Unbratica</i>	103
Hibiscus		<i>Rumicis</i>	112
<i>Papilio Polydamas</i>	11	<i>Præcox</i>	117
Camellia		<i>Triplaria</i>	118
<i>Coccus Aonidum</i>	2	<i>Aphis</i>	

<i>Aphis Sonchi</i>		Tanacetum
<i>Lactuca</i>		<i>Chrysom. Tanaci</i> 2
<i>Phalæna Oleracea</i>	114	<i>Aphis Tanaci</i> 15
<i>Caja</i>	22	<i>Artemisia</i>
<i>Gamma</i>	91	<i>Phalæna Gamma</i> 91
<i>Aphis Lactucæ</i>	12	<i>Aphis Absintii</i> 16
<i>Leontodon</i>		<i>Senecio</i>
<i>Phalæna Fæselina</i>	36	<i>Phalæna Jacobæ</i> 81
<i>Hieracium</i>		<i>Pronuba</i> 87
<i>Phalæna Castrensis</i>	20	Solidago
<i>Cynips Hieracii</i>	2	<i>Papilio Virgaureæ</i> 161
<i>Coccus Pilosellæ</i>	14	<i>Centaurea</i>
<i>Hypochæris</i>		<i>Phalæna Castrensis</i> 20
<i>Chrysom. Hypochær.</i> 12		<i>Aphis Faceæ</i> 17
<i>Cichorium</i>		Viola
<i>Meloë Cichorii</i>	5	<i>Papilio Aglaja</i> 140
<i>Arcticum</i>		<i>Impatiens</i>
<i>Phalæna Lapella</i>	260	<i>Sphinx Elpenor</i> 15
<i>Tenthredo Intercus</i>	34	<i>Porellus</i> 16
<i>Serratula</i>		XX. GYNANDRIA.
<i>Aphis Cirsii</i>	13	Epidendrum
<i>Carduus</i>		<i>Papilio Vanillæ</i> 144
<i>Papilio Cardui</i>	107	XI. MONOECIA.
<i>Cicada Cornuta</i>	10	Betula
<i>Meloë Floralis</i>	8	<i>Papilio Antiopa</i> 112
<i>Cimex Cardui</i>	17	<i>Betulæ</i> 146
<i>Musca Cardui</i>	97	<i>Phalæna Pavonia</i> 6
<i>Solstitialis</i>	98	<i>Tau</i> 7
<i>Tipula Longicornis</i>		<i>Quercus</i> 13
<i>Aphis Cardui</i>	14	<i>Fagi</i> 60
<i>Cnicus</i>		<i>Falcatoria</i> 128
<i>Cassida Nebulosa</i>	2	<i>Betularia</i> 143
<i>Cynara</i>		<i>Solandriana</i> 221
<i>Cassida Viridis</i>	11	<i>Tenthredo Eutea</i> 2
		<i>Betulæ</i> 32

<i>Aphis</i>	<i>Betulae</i>	18	<i>Paphia</i>	138
<i>Chermes</i>	<i>Betulae</i>	7	<i>Levana</i>	133
<i>Coccus</i>	<i>Betulae</i>	5	<i>Prorsa</i>	134
<i>Cimex</i>	<i>Betulae</i>	14	<i>Phalæna</i>	<i>Meticulosa</i> 95
<i>Curculio</i>	<i>Betulae</i>	32		<i>Plantaginis</i> 25
<i>Chrysom.</i>	<i>Betulae</i>	7		<i>Lubricipedata</i> 47
<i>Atelabus</i>	<i>Betulae</i>	4		<i>Villica</i> 24
<i>Cimex</i>	<i>Betulae</i>	14		<i>Hortulata</i> 195
<i>Alnus</i>				<i>Verticalis</i> 231
<i>Phalæna</i>	<i>Vinula</i>	16	<i>Chermes</i>	<i>Urticæ</i> 6
	<i>antiqua</i>	37	<i>Aphis</i>	<i>Urticæ</i> 25
	<i>Bucephala</i>	61	<i>Musca</i>	<i>Urticæ</i> 94
	<i>Chrysorrhæa</i>	28	<i>Curculio</i>	<i>Argentatus</i> 59
	<i>Leporina</i>	79	<i>Morus</i>	
	<i>Psi</i>	96		<i>Phalæna</i> <i>Mori</i> 18
	<i>Falcatoria</i>	128	<i>Quercus</i>	
	<i>Alniaria</i>	131	<i>Papilio</i>	<i>Iris</i> 110
	<i>Gædartella</i>	191		<i>Quercus</i> 148
	<i>Rajella</i>	293	<i>Phalæna</i>	<i>Vinula</i> 16
<i>Tenthredo</i>	<i>Lutea</i>	2		<i>Quercus</i> 13
	<i>Alni</i>	37		<i>Processionar.</i> 21
	<i>Lucorum</i>	4		<i>Monacha</i> 26
<i>Chermes</i>	<i>Alni</i>	8		<i>Dispar</i> 27
<i>Chrysom.</i>	<i>Hæmorrhoid.</i>	3		<i>Chrysorrhæa</i> 28
<i>Curculio</i>	<i>Alni</i>	34		<i>Curtula</i> 34
	<i>Betule</i>	32		<i>Pudibunda</i> 35
<i>Buxus</i>				<i>Lubricipedata</i> 47
<i>Chermes</i>	<i>Buxi</i>	5		<i>Oo</i> 57
<i>Urtica</i>				<i>Bucephala</i> 61
<i>Papilio</i>	<i>Atalanta</i>	119		<i>Quadra</i> 84
	<i>Urticæ</i>	114		<i>Complanata</i> 85
	<i>C. Album</i>	115		<i>Pacta</i> 86
	<i>Fa</i>	88		<i>Psi</i> 96
				<i>Pyra-</i>
		C 2		

<i>Pyramidea</i>	119	<i>Schæferella</i>	296
<i>Lacertinar.</i>	130	Chermes <i>Fagi It.S.c.</i>	112
<i>Purpurar.</i>	147	<i>Cynips Fagi</i>	9
<i>Viridata</i>	155	<i>Acarus Fagi It.Sc.p.</i>	166
<i>Amata</i>	158	<i>Curculio Fagi</i>	36
<i>Prasinaria</i>	202	<i>Scarabæus Melolonth.</i>	43
<i>Viridana</i>	203	Carpinus	
<i>Gemella</i>	279	<i>Phalæna Brumata</i>	201
<i>Ramella</i>	281	<i>Rostralis</i>	229
Cynips Quercus Baee.	4	<i>Coccus Carpini</i>	6
- <i>Folii</i>	5	Corylus	
- <i>Petioli</i>	6	<i>Papilio Maturna</i>	136
- <i>Pedunculi</i>	7	<i>Phalæna Pavonia</i>	6
- <i>Gemmæ</i>	8	<i>Fagi</i>	60
- <i>Radicis</i>		<i>Psi</i>	96
Coccus Quercus	3	<i>Marginata</i>	182
<i>Ilicis</i>	4	<i>Avellana</i>	210
Chermes Quercus	9	Coccus Coryli	8
Aphis Roboris	19	Chrysom.Coryli	33
<i>Overcus</i>	20	<i>Nucum</i>	51
Chrysomela		<i>Attetabus Coryli</i>	1
Curculio Overcus	21	Cimex Coryli	85
Scarabæus Variabilis	53	Jatropha	
<i>Cervus</i>	58	<i>Phalæna Jatrophar.</i>	154
Cantharis Navalis	29	Ricinus	
Juglans		<i>Papilio Ricini</i>	50
<i>Phalæna Aceris</i>	98	Pinus	
<i>Pyramidea</i>	119	<i>Sphinx Pinastris</i>	20
Fagus		<i>Phalæna Pini</i>	12
<i>Phalæna Populi</i>	32	<i>Ovadra</i>	84
<i>Coryli</i>	33	<i>Piniaria</i>	134
<i>Pudibunda</i>	35	<i>Picearia</i>	212
<i>Fagi</i>	60	<i>Pinella</i>	272
		Turio-	

<i>Turionella</i>	273	<i>Monacha</i>	26
<i>Dodecella</i>	274	<i>Salicis</i>	29
<i>Resinella</i>	275	<i>Curtula</i>	34
Tenthred. Erytroceph.	26	<i>Ziezac</i>	39
<i>Aphis Pini</i>	15	<i>Anastomosis</i>	49
<i>Ichneum. Resinelle</i>	36	<i>Libatrix</i>	54
<i>Chrysom. Pini</i>	56	<i>Bucephala</i>	61
<i>Curculio Pini</i>	15	<i>Dominula</i>	68
<i>Dermestes Piniperda</i>	12	<i>Leporina</i>	79
		<i>Pacta</i>	86
<i>Typograph.</i>	9	<i>Typica</i>	122
<i>Cimex Pini</i>	65	<i>Citrago</i>	125
<i>Acarus Aphidoides</i>		<i>Undulata</i>	164
Abies		<i>Viridaria</i>	203
<i>Phalæna Strobilella</i>	271	<i>Ameriana</i>	211
Tenthred Abietis	10	<i>Hastiana</i>	222
<i>Ichneum. Strobilella</i>	33	<i>Salicella</i>	250
		<i>Pavonia</i>	6
<i>Moderator</i>	38	Tenthred. Lutea	2
<i>Chermes Abietis</i>	10	<i>Amerinæ</i>	3
<i>Cimex Abietis</i>	79	<i>Salicis</i>	15
<i>Curculio Abietis</i>	49	<i>Caprea</i>	40
<i>Cerambyx Nebulosus</i>	17	Cynips Viminalis	10
XX. DIOECIA.		<i>Salicis strobil.</i>	11
Salix		<i>Ammerinæ</i>	12
<i>Papilio Antiopa</i>	112	Ichneum. Cyniphidis	61
		<i>Glomeratus</i>	68
		<i>Aphis Salicis</i>	22
<i>Polychlorus</i>	113	<i>Chermes Salicis</i>	11
<i>Sphinx Ocellata</i>	1	<i>Coccus Salicis</i>	11
		<i>Chrysom. Vitellina</i>	14
<i>Salicis</i>	29	<i>Pallida</i>	16
		<i>Polita</i>	18
<i>Populi</i>	2	<i>Viminalis</i>	21
<i>Phalæna Quercifol.</i>	8	<i>Collans</i>	
<i>Ilicifolia</i>	9		
<i>Rubi</i>	14		
<i>Lanestris</i>	15		
<i>Vinula</i>	16		
<i>Castrensis</i>	20		

<i>collaris</i>	25	<i>10 punctata</i>	22
<i>Sericæa</i>	54	<i>Curculio Populi</i>	33
<i>Caprea</i>	64	<i>Meloe Vesicatorius</i>	3
Curculio Nebulosus	71	<i>Cimex Populi</i>	73
<i>Bipunctatus</i>	23	Mercurialis	
Coccionell. 14 <i>guttat.</i>	22	<i>Phalæna Meliculosa</i>	95
<i>Cicada Cornuta</i>	10	Carica	
<i>Acarus Salicinus</i>	30	<i>Papilio Caricæ</i>	158
Lemna		<i>Sphinx Caricæ</i>	9
<i>Phalæna Nymphæata</i>	196	Juniperus	
<i>Lemmata</i>	199	<i>Phalæna Juniperata</i>	186
Ceratonia		<i>Tenthred. Juniperi</i>	9
<i>Scarabæus Ceratoniae</i>	57	<i>Ichneum. Juniperi</i>	38
Humulus		<i>Tipula Juniperina</i>	34
<i>Papilio C. album</i>	115	<i>Cimex Juniperinus</i>	37
<i>Jo</i>	88	<i>Trips Juniperina</i>	3
<i>Phalæna Humuli</i>	62	<i>Coccionell. 9 punctata</i>	9
<i>Triplasia</i>	118	Ruscus	
<i>Rostralis</i>	229	<i>Coccus Rusci</i>	10
Populus		XXIII. POLYGAMIA.	
<i>Papilio Populi</i>	111	Musa	
<i>Sphinx Populi</i>	2	<i>Papilio Teucer</i>	33
<i>Salicis</i>	29	Veratrum	
<i>Phalæna Vinula</i>	16	<i>Meloë Proscarabæus</i>	1
<i>Populi</i>	32	Artiplex	
<i>Curtula</i>	34	<i>Phalæna Lubricipedæ</i>	47
<i>Fasciæna</i>	35	<i>Exjoleta</i>	104
<i>Popularia</i>	169	<i>Oxyacanthæ</i>	113
<i>Tenthred. Populi. Fn.</i>	934	<i>Atriplicis</i>	116
<i>Aphis Populi</i>	23	<i>Aphis Atriplicis</i>	
<i>Burjana</i>	24	Acer	
<i>Chrysom. Vitellina</i>	14	<i>Phalæna Aceris</i>	98
<i>Polita</i>	18	<i>Aphis Aceris</i>	
<i>Populi</i>	20	Chermes	

<i>Chermes Aceris</i>	13
<i>Fraxinus</i>	
<i>Sphinx Ligustris</i>	7
<i>Phalena Dominula</i>	68
<i>Fraxini</i>	89
<i>Chermes Fraxini</i>	12
<i>Cicada Orni</i>	17
<i>Meloe Vesicatorius</i>	3
<i>Ficus</i>	
<i>Sphinx Ficus</i>	13
<i>Chermes Ficus</i>	14
<i>Cynips P/enes</i>	13
<i>Cycomori</i>	14

XXIV. CRYPTOGAMIA.

<i>Filices</i>	
<i>Cimex Filicis</i>	16
<i>Lichen candelarius</i>	
<i>Phalænaglabra aptera</i>	
<i>Fungi</i>	
<i>Chrysom.Boleti</i>	24
<i>Dermestes eustatius</i>	23
<i>Attelabus Ceramboides</i>	4
<i>Staphylin.Boleti</i>	19
<i>Acarus Fungorum</i>	30
<i>Palmæ</i>	
<i>Papilio Helena</i>	18
<i>Curculio Palmarum</i>	1

§, XVIII.

Heic quidem campus plura de Insectorum œconomia
aliisque dicendi pateret, sed proposita brevitas, fortuna-
rumque angustiæ vela retrahere jubent.

S. D. G.



11, 465

166

Wellerki M. S. 1866
Exce. III-66

AMADGTYKO-VIGA

३४२

A. pub. salmonis




Figura rariores e plurimis generibus. Corollarii loco adjecte.

Obser. Num. prior Genus, poster. Speciem Syst. Nat. monstrat.